L. 53. c. 6

COMPEN

DIVM DOCTRINAE DE VERA VNICAQ. VE DEI ET CHRIsti Ecclesia, eiusq; fide & confessione pura: in qua Peregrinorum Ecclesia Londini instituta est, autoritate atq; assensu Sacræ Maiestatis Regiæ. Quem Deus Opt. Max. ad singulare Ecclesiæ suæ decus ornamentum ac defensionem (per gratiam suam) seruet, gubernet & fortunet.

AMEN.

Vna cum publicis precibus eiusdem Ecclesiæ.

Matth. 10.

Qui uos recipit, me recipit.

LONDINI
EXCVDEBATVR, IN OFFIcina Stephani Mirdmanni.
1551

Cum Priuilegio ad imprimendum solum.

SERENIS-

SIMO CLEMENTISSIMO-
que Principi & Domino. D. Edvuardo
eius nominis ſexto, Angliæ, Franciæ &
Hyberniæ Regi, ueræ Catholicæ atq;
Apoſtolicæ fidei defenſori, ac ſupremo
in terris ſub Chriſto Anglicanæ & Hy-
bernicæ Eccleſiæ capiti: Miniſtri Eccle-
ſiæ Peregrinorum, Londini inſtitutæ,
optant gratiam & pacem, à Deo Pa-
tre per Chriſtum Dominum, Re
gem, Prophetam, & Ponti-
ficem noſtrum æternum.
AMEN.

QVi fatalem iſtã (toto pro
pemodũ Chriſtiano or-
be) Eccleſiarum diſſipa-
tionẽ propius paulo in-
tuentur, Diuinæq; in illa
prouidentiæ (ex uerbo Dei) meminerunt
(Sereniſs. Rex) facile intelligunt ingẽs eſſe
hoc beneficium Dei: quod triſtiſſimis no-
ſtris hiſce temporibus: quibus horribili
prorſus, neq; aliàs unquam audita Romani

Antichristi, eiusq; cornuum tyrannide: atq; prodigiosis plane sectarum nusq; non exorientium monstris, sursum ac deorsum misceri omnia, ueramq; religionem tantum non interire uidemus: loca interim aliqua suis delegerit, ad quæ sese (uelut è naufragio quodam) recipere, atq; in ueræ CHRISTI Domini doctrinæ ac fidei cõfessione mutuo sese colligere rursus possint. nimirũ re ipsa experiũtur, Dominũ adeo nunq; decesse suis, etiamsi res ipsorum deploratissimæ esse uideantur: ut ne ipsæ quidem inferorũ portæ eis nocere quoquomodo, adeoq; & uel unũ aliquem capillum capiti ipsorum detrahere oĩno queant. Præterq; si qd in illos Dominus (ad nominis sancti sui gloriã) pmittere forte uelit. Huius porro tanti Diuini beneficij magnitudinem, nõ leuiter sanè id nobis etiã commẽdat, quòd tam multa tamq; præclara hospitia dissipatis ita Ecclesijs patere uidemus. Et ut de alijs taceamus: equidẽ si Regni huius florentissimi, situm, fœlicitatem, oĩsq; generis commoda spectemus, non possumus proculdubio non agnoscere magnam in hoc benignitatem Dei: quod illud in profligatæ iam alibi Ecclesiæ suæ receptaculum mirabiliter deputarit, in quo alioqui non libertas

modo

modo permittitur uerae Catholicae atq; Apo
stolicae confessioni (quod tamen summo loco
merito est habendum) sed & honor magnus
illi apud omnes, & praemia insuper honori-
ficentissima publice constituta habentur. Et
fit hoc quidē Regia tua, prudētissimiq; Se-
natus tui munificentia: sed interim non sine
peculiari Dei ipsius prouidentia. qui suos
semper Cyros & Darios excitat, ut pressā
captiuitate Babylonica Dei Ecclesiam pro-
uehant, tueantur, ac colant. Excitat subinde
& Iosias suos, qui legi Diuinae suae ferè abo
litae, dignitatem rursus autoritatemq; suam
in suo populo restituāt, collapsamq; omnem
religionem instaurent. Ita sanè & te nunc
singulari beneficio suo ad iuuandam suā Ec-
clesiam excitasse uidetur Deus Opt. Max.
(Serenissime Rex) in hac ipsius afflictione:
ut in profligatis alibi membris suis, suum
apud te domicilium habeat: tuisq; auspicijs
foueatur ac sustentetur. Imo uero dum te-
neram adhuc istam aetatē tuā, & tot in illa
interim tantaq; Dei dona intuemur quanta
sine maxima omnium admiratione reputari
haudquaq; possunt: Dum item perpēdimus,
q̄ admirabili cōsilio Deus doctrinā sui Euan
gelij (sub puerili hac aetate tua) prouehere

hic ſtabili, eq; uoluerit: Poſtremo dum cogitamus, quãtis periculis (à Satana procul dubio, Chriſti eiuſq; doctrinæ odio in te & tuos concitatis) Deus te hactenus mirabiliter exemerit. Hæc ſanè Dei admirãda circa te opera, eiuſmodi eſſe uidemus: ut non immeritò nobis (unà cum Ioannis Baptiſtæ admiratoribus illis) dicere poſſe exiſtimemus: Quiſnam Rex erit, puer iſte? Teq; non altorem ſolùm Chriſti Eccleſiæ in Regno hoc tuo florentiß. ſed certiſſimum alibi etiam illius propagatorem (modo nobis forte adhuc incognito) atq; oppreſſæ iam magna ex parte per Antichriſti tyrannidem ueræ religionis inſtauratorem rurſus fore, perſuaſiſſimum nobis habeamus. Quid quod eò iam ſpectare id propemodum uidetur? quòd non tuæ modo gentis, in obſeruanda uera religione: ſed omnium etiam peregrinorum undecunque huc confluentium curam tibi habendam eſſe ſtatuiſti: nequo modo uidelicet fiat, ut doctrinæ Euangelicæ puritas per ſectarum (nuſquam non irrepentium) contagionem labefactetur. nimirum conſeruata hic tuis auſpicijs inter peregrinos doctrinæ & inſtitutionum CHRISTI

puritas:

puritas: plurimum ſanè commodabit ſemper ad reſtituendam ueram religionem, iis locis, in quibus nunc Eccleſias diſſipari, pioſq; omnes affligi, & ſacra omnia (Antichriſtiana idololatria) profanari uidemus.

Agnoſcimus igitur immenſam Dei in hiſce illius circa te operibus (Sereniſſ. Rex) bonitatem ac miſericordiam: tibiq; (illorum nomine) & toti adeo Chriſti Eccleſiæ ſummopere gratulamur, & planè id debiti officijq; noſtri eſſe fatemur, ut noſtram erga Deum pro tanto beneficio gratitudinem, luculento aliquo reſipiſcentiæ noſtræ teſtimonio: erga te uero, omni noſtra fide ſubiectione atq; obſeruantia conteſtemur.

Porrò nullum abs te melius, nullum utilius, denique nullum magis Chriſtianum conſilium potuit, cùm ad hæreſes ſectasue omnes à Regno tuo arcendas, tum ad retinendam, latiusq; demum etiam propagandam ueræ religionis ſanæq; doctrinæ puritatem: quàm quod eam peregrinorum hic omnium curam ſuſceperis, ut illis peculiarem ipſorum Eccleſiam (iuxta doctrinã, & obſeruationem Apoſtolicã) inſtitueris.

quid enim diſsidiorum in doctrina, quid item præiudiciorum metuendum ſit: ubi in ſancto Eccleſiæ cœtu, Prophetarum omnium Spiritus, Prophetis ipſis (ex uerbo Dei prophetantibus) ſubiectos eſſe oporteat? Rurſum quid eſt ad inquirendam, retinendamq; de omnibus controuerſijs ueritatem cõmodius? quid ad mutuũ animorum conſenſum apud omnes retinendũ utilius? deniq; quid ad ſtudia omnium, ad pietatem, rerumq; Diuinarũ cognitionem excitandã efficacius? q̃ ut quod unus forte atq; alter in medio aliorum Prophetarũ, ipſiusq; adeo Eccleſiæ cœtu protulit, id alij legitimo ordine, obſeruatisq; Eccleſiaſticis admonitionum gradibus in charitate, libertateq; Chriſtiana dijudicent ex uerbo Dei? atq; ad dicẽdum inferiores etiã placide & ſuo ordine inuitent: ubi Primi ac ſecundi ea quæ habebant prius expoſuerũt? Equidem ad hunc modum ſectas omnes Vetus repreſſit Eccleſia: oraq; aduerſariorum omnium facile ſemper (ex uerbo Dei) obturauit. Et nunc igitur non alia ratione facilius, tam ſectæ omnes arceri à Regno hoc (quarum alioqui maximam partem peregre hæc confluere certum eſt) q̃ ora etiã omniũ aduerſariorum obſtrui poterunt: q̃ ſi noſtra

hæc

hæc (hoc est Peregrinorum) per te pridem instituta Ecclesia legitimos suos progressus habeat. tuisq; auspicijs (iuxta Doctrinam et obseruationem Apostolicam) per nostrum ministerium gubernetur. Quid enim sectæ faciant: ubi Prophetarum Spiritus alijs eadem in Ecclesia Prophetis subiecti sunt? Aut quid dicant item aduersarij omnes, si palam fiat omnibus, neminẽ omnino expere grinis omnibus in nostrã recipi Ecclesiã q catholicæ atq; Apostolicæ de Christo Domino cõfessioni publicè in cœtu Ecclesiæ subscribere detrectent? confessioni (inq̃) illi, cui soli Christus Dominus Ecclesiam suam totã superstruendam esse testatur. Hic uero nos etiam (quibus gubernandæ huius Ecclesiæ cura per tuam Maiestatem concredita est) dabimus operam per Dei gratiam: ne nostro officio deesse quoquomodo uideamur. Et ut nostri iam (hac in parte) studij specimen aliquod tuæ Maiestati, pijsq; omnibus edere mus, Compendium Doctrinæ nostræ (qua confessio Apostolica explicatur) edere ante omnia uoluimus: breue quidẽ illud, sed quod præcipua interim salutis nostræ capita complectitur omnia. ut omnes intelligant non aliam ullam à nobis Ecclesiam colligi tuæ

Maiestatis beneficio: quàm quæ Catholicam illam Apostolorum omnium fidem ore Petri prolatam, publice profiteatur. cuius nos solius etiam ministros esse in eadem ipsa nostra Ecclesia testamur: Et ad eam referri oportere putamus omnia, quæcunq; in Ecclesia doceri, agi, instituiq; debent. Ita demũ enim palam fiet omnibus, ac ne ipsi quidẽ aduersarij negare ullo modo poterũt: Veracq; proculdubio Christi Ecclesiam hic per nos tua autoritate institui. ubi illã nõ alia ulla, q̃ sola illa fidei doctrina & professione publica, colligi, sustineri, & gubernari constet: q̃ ipsemet Christus Dominus unicã totius suæ Ecclesiæ sedẽ perpetuo fore promittit. Hoc igitur confessionis Apostolicæ compendium summa cũ obseruãtia offerimus tuæ Maiest. Regiæ, ut nostrã erga te Ecclesiãq; nostrã, fidem, studiũ, atq; obseruantiã testemur. simulq; et calumnijs æmulorũ nostrorũ occurramus: si qui forte nostra apud te, clarissimũq; Senatũ tuũ, aut alibi ubiuis, inuidia (ut fit) aut suspicionibus grauare quouis modo uelint. Et tuam Maiest. oramus. ut gregem Christi, quem ille aliunde propulsum in Regno tuo colligere nunc uidetur: ipsumq; adeo Christum in afflictis (ut nunq̃ antea) membris

bris ſuis, maleuolorũ hominũ calumnijs grauari apud te ne patiaris: ſed memineris, te in Regni hoc tui ſolio, altorẽ Eccleſiæ ipſius eſſe: ut illã alas, prouchas, ac defendas. Memineris Chriſtum ipſummet in mẽbris ſuis nunc algere, eſurire, & ſitire: beatosq; fore illos, qui ipſum nunc ueſtiunt, paſcunt, ac foueant. Non poteſt ille quidẽ hic nõ perpetuo eſſe ἀντιλεγόμενος: uenit enim ut excitet inuiſum mundo incendium. uenit ut eos qui uident excæcet, & non niſi cæcos illuminet. Atq; ita cum ſe nemo cæcitatis damnari in rationis noſtræ iudicio, multo minus uero excæcari æquo animo ferat: nihil mirũ ſi illum oderunt omnes, doctrinamq; ac miniſterium eius in uarias easq; grauiſſimas ſuſpitiones rapere ſemper conantur. Sed ille beatos fore prædicat, quos crux, inopia, abiectioq; eius non offendit. Durum eſt itẽ mundo, ut talem incendiarium orbis totius, talemq; humanæ ſapientiæ excæcatorem ſuper ſe regnare patiatur. Atq; hic alij (Herodis & ſuorum exemplo) magnum Politicæ gubernationi à Chriſto periculum imminere clamant: ſi doctrina ac miniſterium ipſius in Eccleſia plenè obtinere retineriq; debent: etiamſi Regnum CHRISTI cum politica

debeat.

politica reipublicæ gubernatione nihil pro-
pemodum commune habere non ignorent.
Alij uero illum legis uiolatorem, auitæq; pa-
trum nostrorum religionis, contemptorem,
prophanatorem, & nouatorem (in doctrina
ministerioq; suo) faciunt: etiamsi ipse legem
non equidem uiolari a se, doctrinaq; ac mi-
nisterio suo, sed compleri potius ac stabiliri,
uerumq; Dei cultum illustrari potius q̃ pro-
fanari testetur. Neq; desunt, qui nobis Iu-
daicum illud rursum occinant: Si permiseri-
mus eum sic, Venient Romani &c. Breuiter
nihil non prætexitur, nihil nõ urgetur ab
ijs ad traducendam Christi doctrinam, e-
iusq; ministerium in Ecclesia ipsius: qui illũ
super se regnare nolunt. Sed finem talium
omnium prorsus horribilem ad extremum
fore audimus. nempe ut (prætery quòd sint
excæcandi in hac uita) adducantur demum
etiam ut hostes atq; aduersarij: inq; conspe-
ctu ipsius, quem super se regnare noluerũt,
omnes ad unum tandem occidantur. Hic sa-
nè exitus manet omnes, qui CHRISTVM
Dominum in doctrina, ministerioq; ipsius
super se regnare nolunt. Cuius si nostris
hisce temporibus omnes ut debemus memo-
res uerè essemus: non facile proculdubio

uoces

uoces talium hominum admitteremus: ne dicam ipſimet imitaremur. Ac tuæ quidē Maieſtatis pietatem ab iſtiusmodi uocibus & conſilijs abhorrere (Dei beneficio) res ipſa teſtatur: quo quidē nomine Deo Opt. Max. gratias agimus immortales. nimirum intelligis te Regni Chriſti in tuo Solio præcellentem adminiſtrum eſſe: ut illud in promouenda tuendaq; Doctrinæ & inſtitutionū ipſius puritate (pro tua autoritate) illuſtres, non autem humanis quibuſcunq; traditionibus remoreris aut obſcures. Tamen cum nunq̄ magis furiat Satan q̄ dum Regnum Chriſti illuſtrari, ſuum uero aboleri ſentit: noſtrum eſt uotis aſſiduis Diuinam gratiā implorare, ut dona hæc quæ tot & tanta in tuā Maieſtatē contulit augere indies magis ac magis illuſtriaq; reddere, ac cōronare demum etiam dignetur. Noſtrum eſt item tuam quoq; Maieſtatem reuerenter pro eo ac debemus admonere, ut tibi ab iſtiuſmodi Herodianorum, Phariſæorum, ac Principum Sacerdotū uocibus diligēter caueas. in promptuq; habeas, quod illis (ex uerbo Dei) reſpondere poſsis. Si qui Regno tuo a Chriſti Regno periculum ullum imminere putant? Reſponde te magis illi fidere, cuius

te in

te in tuo ſolio adminiſtrum eſſe intelligis: q̃
ut ab illo tibi (ſi tuum præſtes officium)
metuere quoquomodo debeas. Adde præ-
terea, eos demum plerunq; Regnis ſuis ex-
cidere, qui ſua prudentia aduerſus Chriſti
Regna ſua cum Herode communire conan-
tur. Deinde ſi legem Dei alij patriosq; ritus
in religione per Doctrinam Euangelij Chri
ſti uiolari omniaq; nouari dicant? Reſponde,
Dei legem à Chriſto ſtabiliri non aboleri. il-
lum eſſe ueritatem: hominum uero traditio-
nes omnes (extra uerbum Dei inſtitutas)
mendacia. quibuſcunq; tandem titulis ornen
tur. Æquum igitur eſſe, ut mendacia (extra
uerbum Dei inuecta) cedant ueritati, cuius
tibi potißimum non autem mendaciorum in
tua excellenti iſta uocatione cura ac cuſto-
dia concredita eſſet. Poſtremo ſi tibi occini
audias, Venient Romani? Reſponde: cum Da
uide: Dominus lux mea in periculis omni-
bus. Dominus ſalus mea. Dominus robur
Regni ſolijq; mei, à quo expaueſcerem?
Hiſce uerbi Diuini arietibus propellendæ
tibi ſunt uoces talium Rex Sereniſſime, ex-
pectandum ab alto auxilium: quod tibi pro-
culdubio non eſt defuturum ſi qua cœpiſti
perrexeris. Deus Opti. Max. Regnorum
omnium

omnium largitor, gubernator ac defensor addat tuæ Maiestati Spiritum sanctum suum: qui te nobis seruet, tuaq; consilia omnia dirigat, gubernet, & fortunet ad illustrandum Regnũ Filij sui dilecti Domini, & seruatoris nostri Christi Iesu, ad tuam ipsius deniq; salutem, & Regni tui tranquillitatem, AMEN.

Vestræ Maiestati fideles atq; obsequentes subditi,

Ioannes à Lasco, Superintendens, reliquiq; ministri Ecclesiæ Peregrinorũ Londini instituæ.

SVMMA
DOCTRINÆ CHRISTIANÆ IN ECCLESIA CHRISTI.

IN TRADENdo doctrinæ compendio de uera Dei & Christi Ecclesia, ante omnia uox ipsa Ecclesiæ explicanda est, ut omnes intelligant quænam sit ea Ecclesia quam nos colligimus, & cuius nos ministros esse profitemur. Deducituṙq; uox Ecclesiæ ab euocando, quòd Deus euocet ex uniuersa hominum, toto terrarum orbe, multitudine, suos quosdam unà cum ipsorum semine in cœtū̃ suum peculiarem, qui sit ipsius populus: & cuius ipse sit Deus uicissim. nam apud Græcos ἐκκαλέω idem est quod euoco: unde demum Ecclesiæ nomen deductum habemus.

Est igitur Ecclesia cœtus eorum qui uoce Dei ex uniuersa toto orbe, hominum multitudine, in populū̃ illi peculiarẽ euocantur.

Quia uero nomen hoc Ecclesiæ ad se oẽs

trahere, sibiq; usurpare conantur: dum suum quisq; cœtum ueram Ecclesiam esse contendit. Et hanc interim unam duntaxat esse oportet. Hæc sanè una uera Dei Ecclesia ab omnibus alijs est diligenter discernenda: ne ementito Ecclesiæ titulo (quem omnes hodie prætendunt) fallamur.

Sunt igitur quatuor obseruanda in uera Dei Ecclesia, ab alijs omnibus Ecclesijs dignoscenda.

Esai. 41. & 55. Ose. 2. 1 Primum, ut non sanè humana ulla, sed ipsius Dei uoce atq; autoritate, euocetur, & colligatur.

2 Deinde, cum nemo non, Deum ipsum, autorem doctrinæ suæ facere conetur: cauendum erit, ne uocem Dei aliunde, q̃ ex eorum duntaxat ore audiamus & quæramus, per quos illã Deus ad nos deferri uoluit. hos uero nobis Spiritus S. commonstrat, nempe Angelos, Prophetas, & Christũ. Ps. 102. Heb. 1 Mat. 1. 2. Luce. 1. 2

3 Tertio, cum & Angelos impostores, qui se in lucis Angelos transformãt: & pseudoprophetas item multos habeamus: obseruanda erit diligenter hæc trium istorum coniunctio: nempe Angelorum, Prophetarũ, & Christi. ut eam demum ueram Dei uocẽ duntaxat esse credamus, quæ Christi Doctrinæ 2. Cor. 11.

consen-

consentanea sit. huic enim & Angeli, & Pro Luc. 1.
phetæ omnes testimonium perhibent: quem- Act. 3. 10
admodum Petrus docet. atq; in ipso recon- Coloss. 2.
diti sunt omnes thesauri sapientiæ & scien- Colo. 1. 2.
tiæ Dei. in ipso est omnis plenitudo: ex qua Ioan. 1.
& Angeli & Prophetæ ueri sua oĩa desump
serunt. Quare qui suæ ipsorũ doctrinæ An-
gelorum, Prophetarumue autoritatem quo-
quomodo prætexũt: ad Christi Doctrinam
reuocandi sunt. ne aut impostorum Angelo-
rum fuco ac superstitione, aut pseudopro-
phetarum hypocrisi decipiamur.

4 Quarto, cum Christus ipsemet doceat, se
in Apostolis suis audiri: Spiritũ item S. esse
ipsum, qui p illos loquutus sit: deniq; & pro Luce. 1.
ijs tantũ oret, qui p illorũ doctrinã in ipsum Ioan. 13.
crediturí essent. cauendũ est omnino ne uocẽ Matt. 10.
Dei ex aliorũ quorũcunq; tandẽ præter q̃ ex Ioan. 17.
Apostolorũ & (qui illis familiares fuerunt)
Euãgelistarũ ore audiamus aut requiramus.

Hæcq; erit uera illa Dei Ecclesia: quã uo-
ce Dei per Angelos, Prophetas & Christũ
Dominum tanq̃ priorum omniũ gubernato-
rẽ, eiusq; Apostolos, in unum cœtum ac Po-
pulum ipsi peculiarem euocatos esse cõstat. euocatam

Huius porro Ecclesiæ, tres notas Spiri-
tus sanctus nobis indicauit: quibus ab alijs

simulatis Ecclesijs discerni facilè poßit: Vetustatem illius cum perpetua duratione, Fidem eius præterea, & publicã profeßionẽ.

Vetustatem Ecclesiæ Dei uere cognoscimus in primi parentis nostri Adæ, post lapsum ipsius, uocatione: cum illũ Deus uoce sua ad se reuocauit, data illi promißione seminis: cuius ui ac merito, ipse cum suo semine esset futurus populus Dei. Et quanq̃ morti per peccatum cum semine suo subiectus esset: Deum tamen sibi iam & semini suo propitium (propter promissum illud semen) haberet. Præterq̃ si tantum beneficium, destinato rebelliq́; contemptu suo rursum, aut ipsemet, aut aliquis è suo semine à sese propulisset. In Ada igitur ipso & Heua uoce Dei uocatis cœpit uera illa Dei Ecclesia, dũ promißioni Diuinæ de futuro salutari semine credidissent. Estq́; demum ab Ada ipso ad Mosi usq; tempora perpetuata sine ulla interruptione, nimirum ante mortẽ Adæ fuit Mathusalem. Rursum ante huius mortem fuit Noah: qui Sem filio suo Ecclesiæ doctrinam, fidem, ac curam reliquit. Is uero Abrahæ tempora attigit: adeoq́;, & non ante Iacob tempora è uiuis exceßit. Porrò cum Iacob in Ægyptũ descendit Kahad filius Leui:

Vetustas Ecclesiæ.
Gen. 3.
Roma. 5.
He. 6. 10.
Gen. 5.
Gen. 11.
Gen. 46.

qui

qui postea Amram patrem Mosi genuit. 1. Para. 6
Per Mosem autem data lex ad Christũ usq; Exod. 6.
cum suis ceremonijs durauit. Et Christi do- Exod. 20
mini administratio per Apostolos demum Dura-
obseruata nondum cessauit: Neq; cessare po tio Ec-
test, sed est duratura in æternum: quatenus clesiæ.
equidem Regnum Christi, est regnũ omniũ Esa. 9.
sæculorum, neq; ullis unq̃ temporum finibus Dan. 7.
includi potest. Neq; est alia nunc Christi Do Luce. 1.
mini Ecclesia, q̃ olim sub Patriarchis & Mo Vna Ec
se erat. etiam si cultus Diuini symbola atq; clesia.
elementa mutata nunc per Christum habea-
mus. Postrema enim cultus Diuini pars sunt,
illius symbola & Elementa: tantum abest, ut
propter eorum mutationem, à Christo præ-
sertim institutam, aliquam Ecclesiarum di-
uersitatem imaginemur. Doctrina & fides
mutata mutat Ecclesiam, quæ cum nulla ex
parte mutata sit prorsus: sed illustrata po-
tius, per eorum omnium exhibitionem in
Christo, quæ olim in promißionibus tradita Col. 2.
expectabantur: expectationisq; huius suæ,
typica sua symbola atq; elementa habebant.
Ita illorum mutatio quæ rem futuram adum Sanc
brabãt (posteaq̃ res ipsa ac ueritas in Chri- Ioan. 1.
sto exhibita esset) non fecit cessare ueterem Heb. 7.
Ecclesiam: sed eandem doctrinam ac fidem

1. Cor. 10. inductis rei iã exhibitæ (quæ antèa expectabatur) ſymbolis atq; elemẽtis illuſtrauit. Vna eſt igitur atq; eadẽ ſemper Dei Eccleſia: et quæ Chriſtũ futurũ adhuc expectabat, expectationẽq; hanc ſuam cõteſtabatur typicis ſuis ſymbolis atq; elementis: & quæ iã Chriſtũ ſibi exhibitum eſſe re uera credit, fidẽq; hanc ſuã, rei exhibitæ ſymbolis atq; elementis conteſtatur & exercet. Quare longe abſunt ab hac uera atq; una Dei Eccleſia: qui

SECTÆ. ſuarũ Eccleſiarũ neſcio quã diuerſorũ temporum originem atq; progreſſum imaginantur, adeoq; & ſcindunt unitatem hanc æternam ueræ atq; indiuiduæ Eccleſiæ Chriſti.

Hic ruit malignans Turcarum Eccleſia, quæ ſuam originem ad Mahumetem refert 600 poſt Chriſtum annis.

Nec Papæ Eccleſia conſiſtere poteſt, cuius initium longè poſt Chriſtum cœpit.

Nec Anabaptiſtarum, quæ adhuc eſt recentior in ſua ſeparatione.

Nec Dauidis, qui in poſtremis temporibus originem ſuam ponit.

Fides Eccleſiæ Matt. 16. Fidẽ uero Eccleſiæ Chriſti cognoſcimus ex publica eius doctrinæ profeſſione: quã Petrus omniũ Apoſtolorũ, totiusq; adeo Eccleſiæ nomine, protulit: quãq; Chriſtus ipſemet

Eccleſiæ

Ecclesiæ suæ sedē esse diserte testatur. nempe, eum qui ex Maria matre cōceptus & natus est, esse uere Iesum: esse item Christum illū, Angelicis & Prophetici uaticinijs promissum: q erat futurus expectatio gentium. Gen. 49
& esse uerè filiū Dei uiui. Quicunq; cœtus igitur uoce Dei ad unā illā æternāq; Ecclesiā, per doctrinā Apostolorū, in eodem ipso Christo Domino euocatus, id uere credit & profitetur: is cœtus procul dubio est una cū suo semine Ecclesia Dei. Et oēs in eo cœtu sunt mēbra ecclesiæ Dei. Ac rursum ubi eius doctrinæ neq; fides neq; professio uera habetur: ibi sane nulla est Dei ecclesia, utcūq; tādē ementitus illius titulus ab oībus iactetur.

Quia uero nō desunt, qui hāc ipsam Ecclesiasticæ cōfessionē fidei uarie depraua re conantur, addenda est uera illius explicatio: quam ab ipso Spiritu S. in Euangelicis atq; Apostolicis literis proditam habemus. suntq; tres fidei istius Ecclesiasticæ partes: Prima in nominis IESV: Altera in CHRISTI: tertia in Filij Dei uiui consideratione.

Nomine IESV docemur, eum esse uerum ac naturalem filium Mariæ: quē ipsa (iuxta naturæ legem) in carne nostra concepit & peperit. præterq; quòd eam uirgo purissima IESV Nomē.

sine ullo uiri contactu, Diuina id uirtute præter naturæ leges, operante concepit. Hanc enim exceptionem ita cõcipiendi Christi, spiritus sanctus nobis manifestat in uerbis Angeli ad Mariam prolatis, dum ait: Ecce concipies & paries filium, & uocabis nomen eius Iesum. &c. Spiritus sanctus superuenier in te, & uirtus Altissimi obumbrabit tibi. Atq; alibi rursum: Quod in illa gẽitum est, ex spiritu sancto est. Nimirum spiritus sanctus effecit Diuina uirtute sua, ut sanguis matris uirginis in ipsius utero Virgineo, in corpus Christi nostræ carnis coalesceret, præter naturam: ut cum nos cum carne & sanguine communionem haberemus, ipse etiam eidem ipsi (nostræ uidelicet carni) nostroq; sanguini participaret. Non recte igitur de IESV nomine sentiunt: qui Mariam Virginem, tam in concipiendo q̃ in pariendo IESV, ueræ ac naturalis matris officio (sed sine ullius uiri contactu) functam esse: IESVMq; carnis suæ originem ex illa (ut frater noster esset, moriq; posset) sumpsisse negant, contra manifestam & Angeli & Pauli Apostoli doctrinam.

Luce.1.
Matt.1.
Heb.2.
Luce.1.
Heb.2.

Docemur item eodem Iesu nomine, eum ipsum, qui ad eum modum ex matre uirgine

(uirtute

(uirtute Diuina) conceptus & natus est: esse uere quod dicitur. nempe uerum & pleni sufficientem totius mundi seruatorẽ: præterq̃ si qui illum cum suo beneficio, destinata prorsusq; rebelli impietate sua uoluntariè contemnant, atq; à se ipsimet propellant. Hoc enim & Angeli & Prophetæ & Apostoli omnes unanimiter testantur. Non uerè igitur nomen IESV in fide ista Ecclesiastica agnoscunt, qui alios quoscunq; seruatores salutis ue suæ patronos, extra hunc IESVM, Mariæ uirginis filium, aut penes illũ etiam, constituunt aut expectant. Non est enim aliud nomen sub cœlo, in quo nos seruari oporteat. Quo quidem nomine nos Papam Romanum: Etiam etiam Dauidem Georgium, omnesq; præterea operum ac meritorum Doctores accusamus, quasi unus ac solus IESVS ille uirginis Mariæ filius, seruandis nobis sufficere non possit.

Matth. 1. Acto. 10. Esa. 53. Acto. 4

Postremo eodem nomine Iesu docemur: uirginis hunc Mariæ filium non tantum hominem esse, sed etiam Deum. Cum enim IESV nomen testetur ipsum esse seruatorem: Et seruator alius non sit neq; esse possit nisi Deus solus: simul docemur hunc IESVM tam esse procul dubio Deum quàm est re uera seruator mũdi.

Christi Nomẽ.

Nomine uero Christi in confessione fidei Ecclesiasticæ docemur, eundem ipsum IESVM cõplecti in se ea oĩa, quæ typicis in uetere Ecclesia unctionibus adũbrabantur. Vnctio porro olim ad reges præcipue, Prophetas, & sacerdotes ptinebat: adũbrabatq; hæc oĩa Christo propria fore. nempe ut Christus uerus demũ esset futurus Rex, Propheta ac sacerdos in Ecclesia Dei. Christi igitur nomine docemur, Dominũ IESVM, Mariæ illũ matris uirginis filiũ, esse uerũ Regẽ, Prophetã, ac sacerdotẽ Ecclesiæ Dei. Quia uero multi nũc, & regnũ, & Prophetiã, & sacerdotiũ sibi arrogare conãtur, explicãda est natura Regni, Prophetiæ, & Sacerdotij Christi. Sũtq; duæ ppetuæ ac cõmunes notæ Regni, Prophetiæ, et sacerdotij Christi: q̃ in neminẽ alterũ cadere posũt: nẽpe quod summũ, deinde quod æternũ sit, Regnũ, Prophetia, & sacerdotiũ ipsius. Regnũ Christi Iesu fatentur Angeli esse æternũ, dum nullũ illius finẽ fore prædicant. fatẽtur & summũ, cũ se ministros illius esse agnoscãt. Hoc ipsum uero testãtur & Prophetæ oẽs: dũ Regnũ illius, Regnũ omniũ sæculorũ esse: Regesq; alios oẽs ministros illius fore docẽt. Sed clarius id multo utrũq; Apostoli docẽt, dũ alios Reges

Christi Regnũ.

Luce. 1
Mat. 4.
Exod. 49
Eze. 37

omnes

oēs, ad Regni Christi ministeriū, eiusq; cu- Roma. 13.
stodiā à Deō ordinari dicūt: Et Christū Do- Ephe. 1.
minū usq; ad sæculi cōsummationē Eccle- Colos. 2.
hic suæ, quæ est Regnū ipsius, adfuturū sem- Math. 28.
per esse testātur. Quēadmodū igitur regnū
Christi est summū omniū atq; æternū, iuxta
Angelica, Prophetica atq; Apostolica testi-
monia: Ita et Dominus IESVS sub Christi no
mine est summus atq; æternus Rex Eccle-
siæ Dei. cui semper alioqui adest, ut illā regat et
tueatur, usq; ad sæculi consummationē. Cum
igitur Dominus IESVS sub Christi titulo, sit
summus, æternus ac semper præsens Rex Ec
clesiæ Dei: leges sanc illius omnes, æternæ
nobis (in uita hac) atq; immutabiles esse de-
bent. ut eas non aliter q̄ sunt latæ (supra om-
nium hominū leges ac traditiones) perpetuo
obseruemus: neq; illos quoquomodo audia-
mus: qui aut nouā aliā nescio quam Eccle-siæ
in terris expectāt restitutionē, quæ datas no
bis a Christo nostro leges cessare faciat: aut
se Regni (in Regno hic suo) uicarios (quasi
ille nobis præsens nō adsit semper) esse fin-
gūt: aut suis legibus seu decretis, parē, ne di
cam maiorē, q̄ Christi legibus autoritatē tri-
buere conantur. Nā hi re ipsa negant, Iesum
illū, Mariæ uirginis mātris filiū, esse Christū
in summi,

in ſummi, atq; æterni, & cui ſemper adſit, Regni ſui (in Dei Eccleſia) conſideratione. Ab iſtis igitur omnibus nos ſeparari oportet: ut unà cum Angelis, Prophetis & Apoſtolis uerè & ex animo credamus, IESVM illum, ex Virgine matre (Diuino beneficio) conceptum & natum, eſſe uere CHRISTVM: quod attinet ad ipſius in Regno hic ſuo (quod eſt Dei Eccleſia) ſummo alioqui atq; æterno, & cui ipſe ſemper adſit, conſiderationem.

CHRISTVS propheta, ſiue doctor

Matt. 4.

Prophetiam CHRISTI huius, qui idem & IESVS, hoc eſt doctrinæ ipſius autoritatem & Angeli nobis, & Prophetæ, & Apoſtoli unanimiter commendant. Angeli poſt repulſum ab ipſo in tentatione Satanã, in teſtimonium ueræ ac ſalutaris ſuæ doctrinæ, ad illum accedunt, eiq; miniſtrant. Moſes illum uenturum prædicit.

Deut. 18.

Deumq; ipſum ab iis qui illum audire nollent pœnas grauiſſimas ſumpturum eſſe teſtatur.

Eſa. 11.

Eſaias item: Spiritus (inquit) Domini cõquieſcet in illo: Spiritus ſapientiæ & intelligentiæ: Spiritus conſilij & fortitudinis: Spiritus ſcientiæ & timoris Domini, ut intelligamus illi nihil omnino deeſſe, quod ad optimi atq; ſummi Prophetæ & Doctoris dignitatẽ, dona atq;

autoritatem

autoritatem pertineret. Sed omnium magnificentißime doctrinam Prophetæ huius (nẽpe CHRISTI) Apoſtoli nobis commendant. Teſtãtur Deum ipſum uoce ſua Diuina cœlitus demiſſa iußiſſe, ut illum audiremus. teſtantur in ipſo reconditos eſſe omnes theſauros ſapientiæ & ſcientiæ Dei. teſtantur in ipſo omnem omnino rerum omnium plenitudinem inhabitare: ut de illa omnes accipiamus. teſtantur (ex ipſiusmet Chriſti ore) cœlum & terram tranſitura eſſe, priusq̃ doctrina ipſius, aut mutetur, aut ceſſet. teſtantur illam ſcriptis ipſorum ita nobis eſſe proditã: ut quidquid omnino ſit ad uitam hic noſtram rectè inſtituendam, ſalutemq́; demum æternam aſſequendam neceſſarium, id totum plene abſoluteq́; contineat & complectatur. Et teſtantur illam ita claram ac perſpicuã eſſe (Chriſto ipſomet id affirmante) ut à nemine alio, q̃ à paruulis, apprehendi, intelligiq́; facilius poßit. Quatenus igitur Chriſti noſtri doctrina eſt omnium abſolutißima, æterna, plena, plenè item ac clarißimè ſcriptis Apoſtolicis prodita: Hactenus ſanè & IESVS ille, Mariæ uirginis matris filius (ſub Chriſti titulo) eſt ſummus, æternus, pleni ſufficiens, ac maximè perſpicuus Doctor & Propheta

Matt. 17. Coloſſ. 2. Coloſſ. 1. Ioan. 1. Matt. 24 Luce. 21. Gene. 22. 2. Tim. 3. Matt. 11. 1. Cori. 1.

Prophetam in Ecclesia Dei, sit ut neq; aliũ nisi ipsius, doctrinam: neq; alium item ullum salutis nostræ, uitæq; æternæ doctorem ac Prophetam agnoscere, ne dicã quærere aut expectare debeamus. intelligamusq; nobis non esse audiendos, qui uel nouos se post IESVM nostrum uirginis Mariæ filium, Prophetas ac doctores salutis nostræ (ut doctrinam illius obscurent) facere conantur. uel nouam quandã Ecclesiæ restitutionẽ adhuc somniant, quæ Doctrinã Christi obscurare, abolereq; debeat. uel suã ipsorũ doctrinam, Domini Iesu doctrinæ, aut æquãt aut etiã anteponũt: atq; ab sua autoritate pẽdere uolũt.

Sacerdotium Christi

Sacerdotium Christi summum atq; æternum in Dei Ecclesia nobis commendatur uarie in scripturis, non tantum claris ac perspicuis scripturæ testimonijs, tam Propheticis q̃ Apostolicis: sed omnibus etiam typici olim Sacerdotij notis, functionibus, atq; apparatu. Quæ omnia à Paulo in epistola ad Heb. clarissime & copiosissime exponuntur.

Quia uero Papa cum suo grege, Domini IESV sacerdotiũ suo sacerdotio prætendere conatur: Et nõ desunt inter sectas etiam, qui illud obscurare obliterareq; uolunt: notæ illius à Spiritu S. in scripturis nobis proditæ obser-

obſeruandæ ſunt: ut illud ab alijs ſacerdotijs diſcernere poſſimus. dignitatemq; ac æternitatem illius agnoſcamus.

1 Prima nota ſacerdotij Chriſti noſtri eſt: quod addito Dei ipſius iureiurãdo inſtitutũ ſit. cũ Aaronicum ſacerdotium ſine iurisiurandi religione ulla inſtitutũ eſſe conſtet. eò quod typicum imperfectumq; erat: & poſt exortum Chriſti ſacerdotiũ ceſſare debebat. Pſal. 110. Hebr. 7.

2 Secunda nota ſacerdotij Chriſti eſt: quod ſit inſtitutũ ſine ulla (quæ manibus fiat) ceremonia, aut obſeruatione: ſed ſola cœleſti Spiritus ſancti unctione. Luc. 4. Eſa. 61.

3 Tertia nota eſt, quod ſit ἀπαράβατον: hoc eſt, quod nulla ſucceſſione, nullaq; ab aliis in alios tranſlatione mutetur. ſed in una atq; eadem perſona, nempe in matris illo uirginis Mariæ filio IESV in æternum maneat. ſitq; Dominus ille IESVS (ſub Chriſti titulo) æternus in ſua ipſius Perſona ſacerdos ac Pontifex animarum noſtrarum. Hebre. 7. 1. Pet. 2.

4 Quarta nota eſt: quod unicã habeat in ſua functione hoſtiam, unicamq; duntaxat, eamq; pleni ſufficientem illius oblationem, qua plenè ac perfectè ſanctificantur omnes ſui, ad uitam æternam: ſine ulla omnino eius qualicunq; tandem repetitione. He. 7. 10.

5 Quinta

5 Quinta nota est, quòd nullũ altare nos-
Heb. 7.9 uit: cum sit ex tribu Iuda. in qua nemo assi-
stit altari, neq; ullo mysticarum uestium ap-
paratu eget, ut Sancta typica ingrediatur:
quæ hoc suo sacerdotio omnia abolentur,
propter exhibitam ueritatem eorum quæ
adumbrabant.

Heb. 9. 6 Sexta nota est, quòd non aliam hostiam
1. Petri. 1. habeat, q̃ proprium sacerdotis ipsius corpus
& sanguinem: ad peccatorum (pro quibus
offertur) expiationem.

7 Septima nota est, quòd sacerdos ipse,
He. 9. 10. nempe Dominus IESVS, per unicam illam
suam oblationem uerà illa (hoc est cœlestia)
sancta semel ingressus, illic iam, non autem
in terris amplius, sacerdotio suo fungitur, ad
dexteram Patris Dei: nosq; secum in cœle-
stibus fide iam habitare facit. nam si in ter-
Hebr. 8. ris esset, non iam pontifex esset.

uerus ille

Hisce notis discernit nobis Spiritus S.
Domini nostri IESV sacerdotium, à reliquis
omnibus sacerdotijs, in Epistola ad Hebræ-
os. Has igitur & nos obseruare oportet, in
Domino nostro Iesu Mariæ uirginis filio:
circa sacerdotij sui consideratione. ut quod-
libet aliud sacerdotium undecunq; tandem
petitum, cum omnibus suis notis, gradibus,

& fun-

& functionibus (quod has modo notas non habeat) à Christo Domino & eius Ecclesia longe abesse oportere intelligamus. nosq; ab ijs separemus (siquidem Dominum IESVM, uere etiam CHRISTVM esse credimus, in summo æternoq; sacerdotio ipsius) qui aut aliud penes illud sacerdotium constituunt, quasi hoc solum satis ad nostram salutẽ esse non possit: aut aliam nunc demũ saluris assequendæ rationem, aliosue restitutores Ecclesiæ Dei somniant: quasi hoc Domini IESV sacerdotium, summum, pleni sufficiens, atq; æternum esse, neq; debeat, neq; possit.

Iam in eo quod Dominum nostrum IESVM, illum ipsum uirginis Mariæ filium, nõ tantum CHRISTVM, sed Dei quoq; uiui filium esse, in fide hac Ecclesiastica docemur: id etiam obseruare debemus, fuisse quidem, adeoq; & nunc esse, ueros Christos: quos Deus ipse (uerbi sui testimonio) aut in Regia, aut in Prophetica, aut etiam in Pontificia dignitate Christos suos appellat. sed præter hunc unum Dominum IESVM matris uirginis filium, nullum alium Christum unq̃ fuisse, esse, aut futurum esse in æternum: qui idem simul sit etiam filius Dei uiui. ad eum præsertim modum, ad quem modum,

IESVS FILIVS DEI VIVI. I. Pet. 2 Psal. 104

Petrus, CHRISTVM hunc nostrum (qui idem & IESVS uirginis Mariæ filius) Dei etiam uiui filium esse docet. Neq; enim dubium est ad eundem modum, Petrum, in hac Apostolica confessione de Christo Domino sensisse loquutumq; esse: ad quem modum Ioannes quoq; & reliqui Apostoli loquuntur ac docent. Quare, etsi omnes qui credũt in eum ipsum Christum, uocentur, & sint re-
Ioan. 1 uera filij Dei: tamẽ cũ Christus Dominus lõge sublimiore modo sit filius Dei, iuxta Prophetica & Apostolica testimonia: obseruandæ nobis erũt notæ, soli Christo Domino propriæ, quatenus ipse quidẽ est filius Dei uiui.

DE DEO. Priusq; autem ad earum obseruationem ueniamus, de Deo primum est dicendũ, quid sit Deus: ut ad filij quoq; Dei ueram ac salutarem cognitionem perueniamus.

Atq; habent quidem Ethnici Deos suos fi-
Psal. 82. ctitios, Deorumq; filios: Agnoscit quoq; &
Psal. 134. scriptura multos Deos, dum ait, Ego dixi Dij estis. Et, Deus stetit in medio Deorum.
Deut. 6. Sed isti omnes, nusq; uocantur, neq; sunt, ui-
Marc. 12. uentes atq; æterni Dij. Estq; unus dũtaxat: uerus, uiuens, atq; æternus Deus, laudandus in sæcula. Amen.

Hunc uero nemo uidit: ac ne uidere quidem

dem in uita hac potest quisq̃. Deinde neq; Exo. 33.
ea quæ Dei sunt, percipere ex se quisq̃ om- Ioan. 1.
nibus animæ suæ potentijs etiam potest. Et 1. Tim. 6.
proinde frustra de Deo uero, eiusq; filio, Roma. 11.
ex nobis ipsis quidq̃ omnino imaginemur. 1. Cor. 2

Et tamen est nobis cognoscendus, si filiũ ipsius cognoscere debeamus. Aliũde igitur, q̃ ex nobis ipsis, Dei, eiusq; filij cognoscendi rationem petere nos oportet: si illum uerè ad salutem nostram nosse uelimus.

Tradit autem Spiritus S. per quẽ potissimum ad ueram ac salutarem Dei ueri cognitionem perueniamus. Filius (inquit) qui est Ioan. 1.
in sinu Patris, ipse enarrauit. Et ipsemet
Christus Dominus: Nemo (inquit) nouit Pa Mat. 11.
trẽ, nisi filius: & cui uoluerit filius reuelare. Quare cauendum est nobis omnino, ne quid de Deo patre imaginemur, scireq; uelimus: supra q̃ nobis ab hoc ipsius filio reuelatũ habemus. Estq; mira reuelationis Christi ratio, ut nullã aliã penes se ferat, Dei, Diuinorũq; omniũ cognitionem aut indagationẽ. Sed excæcet oẽs (dictu mirabile) quicũq; extra hanc solã ipsius reuelationẽ, de Deo aliq̃d, aut uolũt nosse, aut se nosse putant. neq; cuiq̃ quidq̃ oĩno ad salutẽ reuelat, qui nõ se, extra ipsũ, cæcũ oĩno esse fatetur cũ gratiæ

C 2 suæ

ſuæ imploratione. Ita enim de ſe ipſo uerbis
Ioan. 9 ipſemet ſuis teſtatur, In iudicium (inquit) ueni in mundum hunc: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Quare ſi per hunc noſtrum Dominum IESVM Chriſtum Filium Dei uiui illuminari uolumus, in uera ac ſalutari Dei cognitione: nihil omnino de Deo eiuſq; myſterijs, extra doctrinæ Chriſti reuelationem Apoſtolicis literis nobis proditam, cogitare ſcire atq; inquirere debemus.

Ioan. 4. Porro CHRISTVS docet, Deum, Spi-
Rom. 16. ritum eſſe: Spiritum igitur eſſe credimus:
Exod. 15. Addunt nobis poſtea Scripturæ proprieta-
Exod. 33. tes Dei: quibus etiã credimus propter Chri-
Gene. 17. ſtum: nempe Deum eſſe æternum, omnipo-
Hiere. 32 tentem, omnibonum, omni ſufficientem, omni
Eſa. 42 ſcium: creatorem, ſuſtentatorem, & guber-
Hier. 16. natorẽ, omniũ, quæ ſunt in cœlo & in terra.
Eſa. 33. Dominum præterea, iudicem, ac ſeruatorẽ:
Eſa. 42 omnium Angelorum pariter atq; hominum, quos ad nominis ſui ſancti gloriam creauit, ſuſtentat, iudicat, & ſeruat.

Hunc uero Deum, unum duntaxat (iuxta Diuinã ſuã exiſtentiam) eſſe, à Chriſto Domino, per Apoſtolos ſuos, docemur. Et interim in ea Diuinæ exiſtentiæ monade pluralitatem

litatem quoq; constitui uidemus. Vnitatẽ Di
uinã profitetur Apostolus: dum non nisi unũ Gala. 3.
Deum esse docet. quod & oẽs alioqui Pro- Ephe. 4.
phetæ, totaq; adeo scriptura unanimiter te-
stãtur. Pluralitatẽ uero in hac una Monade
constituunt: dũ quod uni illi soliq; Deo pro-
prium esse tradũt, ad plures mox pertinere
docent. cum tamen unum illum Deum, suam Esa. 42
gloriam (sibi uidelicet soli propriã) nemini & 48.
(extra se) alteri dare testentur. Etsi enim
unus sit duntaxat (iuxta suam Diuinam exi-
stentiam) Deus: tamẽ cum ille nemini extra
se suam ipsius gloriam tribuat. Et nihilomi-
nus ad plures eam ex æquo pertinere (scri-
pturæ testimonio) docemur: Sanè scripturæ
autoritate, in una atq; eadẽ Diuinitatis exi-
stentia pluralitatem nobis cõstitui uidemus.
quæ omnem quidem ingenij nostri captum
longè superet: sed uere sit tamẽ, posteaq ita
illustria de illa testimonia in Scripturis ha-
bemus.

Eam autem pluralitatem in Monade Di-
uina clarissime nobis explicat CHRISTVS
Dominus, qui illam solus alioqui in terris,
nouit: adeoq; et pars illius est. dum nos in no Mat. ult.
mẽ Dei Patris, Filij, & Spiritus S. baptizari
iubet. Cum enim in unius illius æterni ac ui-

ſuæ imploratione. Ita enim de ſe ipſo uerbis
Ioan. 9 *ipſemet ſuis teſtatur, In iudicium (inquit) ueni in mundum hunc: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Quare ſi per hunc noſtrum Dominum* IESVM *Chriſtum Filium Dei uiui illuminari uolumus, in uera ac ſalutari Dei cognitione: nihil omnino de Deo eiuſq; myſteriis, extra doctrinæ Chriſti reuelationem Apoſtolicis literis nobis proditam, cogitare ſcire atq; inquirere debemus.*

Ioan. 4. Porro CHRISTVS *docet, Deum, Spi-*
Rom. 16. *ritum eſſe: Spiritum igitur eſſe credimus:*
Exod. 15. *Addunt nobis poſtea Scripturæ proprieta-*
Exod. 33. *tes Dei: quibus etiã credimus propter Chri-*
Gene. 17. *ſtum: nempe Deum eſſe æternum, omnipo-*
Hier. 32 *tentem, omnibonum, omni ſufficientem, omni*
Eſa. 42 *ſcium: creatorem, ſuſtentatorem, & guber-*
Hier. 16. *natorẽ, omniũ, quæ ſunt in cœlo & in terra.*
Eſa. 33. *Dominum præterea, iudicem, ac ſeruatorẽ:*
Eſa. 42 *omnium Angelorum pariter atq; hominum, quos ad nominis ſui ſancti gloriam creauit, ſuſtentat, iudicat, & ſeruat.*

Hunc uero Deum, unum duntaxat (iuxta Diuinã ſuã exiſtentiam) eſſe, à Chriſto Domino, per Apoſtolos ſuos, docemur. Et interim in ea Diuinæ exiſtentiæ monade pluralitatem

litatem quoq; constitui uidemus. Vnitatẽ Di
uinã profitetur Apostolus: dum non nisi unũ Gala. 3.
Deum esse docet. quod & oẽs alioqui Pro- Ephe. 4.
phetæ, totaq; adeo scriptura unanimiter te-
stãtur. Pluralitatẽ uero in hac una Monade
constituunt: dũ quod uni illi soliq; Deo pro-
prium esse tradũt, ad plures mox pertinere
docent. cum tamen unum illum Deum, suam Esa. 42
gloriam (sibi uidelicet soli propriã) nemini & 48.
(extra se) alteri dare testentur. Etsi enim
unus sit duntaxat (iuxta suam Diuinam exi-
stentiam) Deus: tamẽ cum ille nemini extra
se suam ipsius gloriam tribuat. Et nihilomi-
nus ad plures eam ex æquo pertinere (scri-
pturæ testimonio) docemur: Sanè scripturæ
autoritate, in una atq; eadẽ Diuinitatis exi-
stentia pluralitatem nobis cõstitui uidemus.
quæ omnem quidem ingenij nostri captum
longè superet: sed uere sit tamẽ, posteaq ita
illustria de illa testimonia in Scripturis ha-
bemus.

Eam autem pluralitatem in Monade Di-
uina clarissime nobis explicat CHRISTVS
Dominus, qui illam solus alioqui in terris,
nouit: adeoq; et pars illius est, dum nos in no Mat. ult.
mẽ Dei Patris, Filij, & Spiritus S. baptizari
iubet. Cum enim in unius illius æterni ac ui-

uentis Dei societatem fœdusq; baptizemur, per nostri in filios Dei gratuitam adoptionem: Et nihilominus in nomen Patris, Filij, & Spiritus sancti baptizari exæquo iubemur. Sanè docemur manifeste & proinde indubitato quoq; credimus, in una illa atq; eadem unius Veri & Viuētis Dei Monade, esse Patrem, Filium, & Spiritum sanctum. sic ut in unius Diuinæ existentiæ Monade, Triadem etiam Diuinam, iuxta CHRISTI Domini doctrinam (redacto in eius obsequium omni rationis nostræ iudicio) unanimiter agnoscamus, credamus & confiteamur.

Perinde est autem, siue in nomen Dei Patris, Filij & Spiritus S. siue in ipsum adeo Deū, Patrem, Filiū, & Spiritū S. baptizari iubeamur: cum alibi scriptura testetur, idem esse, siue in nomē Christi IESV, siue in Christum Iesum ipsummet baptizari dicamur. Et aperte doceat, in Christum IESVM, siue in nomen illius baptizari, idem esse: quod baptizari, in eorum (quæ Christi sunt) uerā ac salutarē communionē. nempe in cōmunionem mortis & resurrectionis ipsius. ut & hic dum (iuxta Christi institutionem) siue in nomē Dei Patris, Filij, et Spiritus sancti, siue in ipsum Deum Patrem, Filium & Spiritum

Rom. 6.

ritum S. baptizamur: in eorum nos omnium adoptiuã communionem nobis gratuitò delatam baptizari intelligamus: quæ sunt Dei Patris, Filij, & Spiritus sancti.

Inde igitur apparet falli eos, qui nomina duntaxat, non autem hypostases distinctas, in Monadis Diuinæ triade statuere inde conantur: quòd in nomen Dei Patris, Filij, & Spiritus S. non autem in Deũ ipsum, qui sit trinus & unus, baptizari iubemur. cum perinde sit, siue in nomen Dei, siue in ipsum Deũ Patrẽ, Filiũ, & Spiritũ S. baptizemur. Deinde in ipso Christi Domini baptismo prospicue docemur, triadẽ illã in monade Diuina, nõ tantum nominibus solis, sed ipsa etiam hypostasi seu subsistẽtia discerni. nos iuxta receptũ in Ecclesia morẽ personas uocamus. Nã Pater è cœlis auditur: Filius à Patre in terris indicatur: Spiritus S. in colũbæ aspectu super filium descendit. nimirũ hoc tam mirando spectaculo uoluit nobis patefacere Deus (sensuũ etiam nostrorum testimonio) reconditũ antea toti mundo, prorsusq; ineffabile Triadis adorandæ mysteriũ in Monade sua Diuina. Et sanè cũ in omniũ triũ personarũ cõmunionẽ ex æquo baptizamur: nõ possunt illis etiam, non ex æquo communia Matth. 3.

esse omnia, in quorum communionem baptizamur.

Roma. 8. Altera hæc igitur in tri de Diuina persona: nempe Deus filius, assumpta carne nostra factus est homo: atq; in hac, iuxta Angelicum oracu-

Matth. 1. lum, uocatus est IESVS, ut dictū est. Estq; iam in una atq; eadē hypostasi & homo pariter & Deus, IESVS CHRISTVS Filius Dei uiui.

Et ut sciamus hunc nostrum Dominum Iesum Christum esse proculdubio in sua hypostasi seu persona uerū Deum, Dei Patris Filium, eiusdem cū ipso naturæ & dignitatis Scriptura illi diserte tribuit, q̄ soli illi, uni, uero, atq; æterno Deo propria esse constat.

Exod. 6. 1. Nomen soli Deo proprium, Iehouah.
Deut. 4. 2 Nomen idem Græce: ὁ ὢν ἐπὶ πάντων θεός.
Esai. 42.
Ierem. 23 3 Quòd sit proprius atq; unigenitus Dei
Zacha. 3. patris filius.
Roma. 9. 4 Quòd est in sinu ipso patris, illinc̄q;
Ioan. 1. prodierit.
Ibidem. 5 Quòd sit æternus: Et per illum condita
Mich. 5 omnia, etiam sæcula ipsa.
Act. 7. 9. 6. 7 Quòd inuocetur à Stephano & aliis:
Ioan. 20. à Thoma dicatur Dominus & Deus.
Mar. 2. 8 Quòd per se peccata uerbo remittit.

quod

quod est solius Dei.

9 Quod in se habet uitam, Et eam dat per se, non tantum in Patrē sed etiam in se credentibus. Ioan. 5. 6 10. 11. 14.

10 Quod sit uerax, æque atq; Pater: omnis enim homo mendax. Psal. 116.

11 Quòd à morte per se resuscitat. ipse enim est ueritas, resurrectio, & uita omnium. Psalm. 3. Ioan. 11.

12 Quòd det Spiritum sanctum cui uult, & ut uult. Ioan. 14. 15. 16.

Hæc sanè cum soli Deo sunt propria omnia: Et Christo Domino interim pariter tribuuntur: certum est illum esse Deum uerum de Deo uero, filium Dei uiui. non enim mentitur scriptura, quæ hæc solius Dei propria: neq; ulli omnino extra Diuinam Monadem creaturæ tribuenda esse docet. Esa. 42. 48.

Est igitur uera Dei Ecclesia (quod ad secundam ipsius notam, nempe fidem, attinet, eorum hominum (cum ipsorum semine) cœtus, qui uoce Dei euocatus credit, Virginis illum Mariæ filium esse uerè IESVM CHISTVM filium Dei uiui. Deum ex Deo ab æterno genitum, & ho-

Luc. 1. minem ex homine matre uirgine ſine ma-
culla ulla uirtute Diuina conceptum & na-
tum: ut mori in carne noſtra pro nobis poſ-
ſet, omnemq; noſtræ conceptionis ac nati-
uitatis impuritatem expiaret. Demum ue-
Rom. 4. ro pro peccatis noſtris mortuum ac ſepul-
tum fuiſſe: & reſurrexiſſe propter no-
ſtri iuſtificationem. cuius equidem ſuæ re-
1. Cor. 6. ſurrectionis uirtute, merito, atq; exem-
Ioan. 11. plo, nos quoq; in noſtris corporibus reſur-
Acto. 1. gemus. Poſtremo autem ad cœlos etiam
Ioan. 14. aſcendiſſe, ut nobis aditum illic pararet: ſe-
Ephe. 1. dereq; iam in carne noſtra ad Patris ſui de-
Heb. 7. xteram, ut uerum proculdubio IESVM
& 10. CHRISTVM: hoc eſt ſeruatorem, me-
1. Tim. 2. diatoremq; noſtrum unicum, deinde uni-
Acto. 3. cum etiam Regem, Prophetam, ac Ponti-
Acto. 1. ficem animarum noſtrarum, atq; illic (dato
nobis interim Spiritu ſancto ſuo) expectare
1. Theſ. 4 tempus reſtitutionis omnium: ut rurſum re-
& 5. deat iudicare uiuos & mortuos: quemad-
modum Scriptura docet.

Iam qui uerè credunt: facere etiam non poſſunt, quin id quoq; profiteantur quod credunt. Exerit enim ſeſe fides uera, neq; latere poteſt. Ita & Eccleſia quæ hæc uere credit, facere non poteſt: quin ea quæ credit

credit, credere se etiam fidei professione testetur. Est igitur tertia uerae Dei Ecclesiae nota: ut id quod credit, simul etiam ad Dei gloriam profiteatur.

Est autem duplex professio in Ecclesia. Priuata altera, altera publica. Priuata est: quae ad singula priuatim totius Ecclesiae membra, usum rationis habentia, omnino pertinet: perinde atque fides ipsa. Praeterquam si ab illa naturae nostrae adnata nobis infirmitate (sub quam concluſi sumus) excludamur. qualem in nostris infantibus, in surdis item ac mutis natura, & in ijs qui natura mentis iudicio carent, uidemus. Alioqui omnes & singuli in Ecclesia (qui usum modo rationis habent) debent hauddubie profiteri (pro eo ac possunt) siue domi apud parentes suos & qui parentum loco habentur: siue foris dum requiruntur: Virginis illum Mariae filium esse uere IESVM: qui nos solus omnino seruet. esse item CHRISTVM: qui sit unus super omnes atque aeternus Rex, Propheta ac Pontifex nostrum omnium. Et esse praeterea Filium Dei uiui: nempe Deum ex Deo uero & uiuo, genitum ab aeterno.

æterno. Publica uero professio est: quæ fit publica ministrorum in Ecclesia aut plebis simul totius unanimi contestatione.

Vtraq; uero hæc professio fit: aut ore, aut ceremoniarum obseruatione: aut officiorum inuicem præstandorum studio & cura, ut cuiusq; uocatio id in Ecclesia requirit.

Oris publica professio ad collectam simul totam cum ministris plebem in Ecclesia pertinet: ut omnis falsæ doctrinæ suspitio tollatur. oris enim confessio fit ad salutem. Priuata est singulorum membro-
Rom. 10. rum in tota Ecclesia, quæ usum modo ra-
Psal. 116. tionis habeant: ut quod credunt, uel domi apud suos, uel alibi dum res postulat profiteri possint. iuxta illud: Credidi propterea & loquor.

Ceremoniarũ publica professio est: dũ in collecto simul totius Ecclesiæ cœtu publico, institutæ a Christo Domino ceremoniæ, pure, fideliter, & religiose obseruantur. Priuata est: dum priuatim domi alicuius (si quãdo id fratrũ aliquis sine superstitione interim, & salutis nostræ ad signa alligatione postulet, non expectato totius Ecclesiæ

cœtu

cœtu publico, peragitur. Pertinet autẽ hæc utraq; ceremoniarum professio, ad totam omnino Ecclesiam & omnia ac singula membra ipsius, dum obseruari potest: præterq̃ si qui ab illa, aut nobis adnata (ut dictum est) naturæ infirmitate, uti infantes ab usu Cœnæ Dominicæ: aut ipsa cæremoniæ institutione, ut fœminæ ab usu circuncisionis: mysteriorumue ipsius consideratione, ut palam impij, excludantur. Quemadmodum enim quod corde creditur, ore etiam id, qui modo possunt, profiteri omnes debent. ita cum institutæ à Christo Domino in sua Ecclesia ceremoniæ, sint ueluti uisibile uerbum quoddam, equidem & uisibili uerbo profiteri oẽs debemus fidem nostram in tota Ecclesia & omnibus membris eius: quatenus id quidem licet facere: nisi si id nobis, aut naturæ nostræ adnata infirmitas, aut peculiaris quædam mysteriorum adumbratio, aut ipsa institutio uerbis disertis non permittat.

Quare hic accusamus omnes eos, qui à ceremoniarũ professione arcere illos in Ecclesia conantur: atq; unitatem Ecclesiæ hoc nomine, quod in ipsis est, scindunt: qui neq; infirmitate naturæ, neq; peculiari ulla mysteriorum

æterno. Publica uero professio est: quæ fit publica ministrorum in Ecclesia aut plebis simul totius unanimi contestatione.

Vtraq; uero hæc professio fit: aut ore, aut ceremoniarum obseruatione: aut officiorum inuicem præstandorum studio & cura, ut cuiusq; uocatio id in Ecclesia requirit.

Oris publica professio ad collectam simul totam cum ministris plebem in Ecclesia pertinet: ut omnis falsæ doctrinæ suspitio tollatur. oris enim confessio fit ad salutem. Priuata est singulorum membro-
Rom. 10. rum in tota Ecclesia, quæ usum modo ra-
Psal. 116. tionis habeant: ut quod credunt, uel domi apud suos, uel alibi dum res postulat profiteri possint. iuxta illud: Credidi propterea & loquor.

Ceremoniarũ publica professio est: dũ in collecto simul totius Ecclesiæ cœtu publico, institutæ a Christo Domino ceremoniæ, pure, fideliter, & religiose obseruantur. Priuata est: dum priuatim domi alicuius (si quãdo id fratrũ aliquis sine superstitione interim, & salutis nostræ ad signa alligatione postulet, non expectato totius Ecclesiæ

cœtu

cœtu publico, peragitur. Pertinet autẽ hæc utraq; ceremoniarum professio, ad totam omnino Ecclesiam & omnia ac singula membra ipsius, dum obseruari potest: præterq̃ si qui ab illa, aut nobis adnata (ut dictum est) naturæ infirmitate, uti infantes ab usu Cœnæ Dominicæ: aut ipsa cæremoniæ institutione, ut fœminæ ab usu circuncisionis: mysteriorumue ipsius consideratione, ut palam impij, excludantur. Quemadmodum enim quod corde creditur, ore etiam id, qui modo possunt, profiteri omnes debent. ita cum institutæ à Christo Domino in sua Ecclesia ceremoniæ, sint ueluti uisibile uerbum quoddam, equidem & uisibili uerbo profiteri oẽs debemus fidem nostram in tota Ecclesia & omnibus membris eius: quatenus id quidem licet facere: nisi si id nobis, aut naturæ nostræ adnata infirmitas, aut peculiaris quædam mysteriorum adumbratio, aut ipsa institutio uerbis disertis non permittat.

Quare hic accusamus omnes eos, qui à ceremoniarũ professione arcere illos in Ecclesia conantur: atq; unitatem Ecclesiæ hoc nomine, quod in ipsis est, scindunt: qui neq; infirmitate naturæ, neq; peculiari ulla mysteriorum

steriorum adumbratione, neq; ullis item institutionis uerbis excluduntur, id quod in baptismi usu ab Anabaptistis fieri manifeste uidemus. qua de re postea suo loco plura.

Sunt autem ceremoniæ à Christo Domino in sua Ecclesia institutæ, circa publicum potissimum uerbi & signorum mysticorum ministerium: quæ sacramenta uocamus. in harum igitur obseruatione legitima, posita est hæc de qua loquimur professio ceremoniarum. de qua postea etiam plenius suo loco dicetur. ubi de forma atq; usu sacramentorum agemus.

Professio porro quæ in præstandis officijs consistit. Priuata quidem ad totam etiam Ecclesiam omniaq; ac singula illius membra usum rationis habentia pertinet: perinde atq; oris & ceremoniarum professio. Cum enim omnes, quicunq; in Ecclesia sumus, unius nos corporis membra esse indubitato credamus: equidem intelligimus fidem hanc nostram id flagitare, ut nobis inuicem omnes etiam omni officiorum genere ne desimus. neq; enim potest membrum membro dicere, in uno præsertim atq; eodem, potissimum uero in Christi corpore:

Non

Nõ est mihi te opus: quemadmodum Paulus docet. Cæterum publica in præstandis officijs fidei professio, in illis potissimum officijs consistit: quæ aut publici Ecclesiæ ministri plebi, aut plebs simul tota uicissim ministris publice præstare debet. 1. Cor. 12.

Atq; plebis erga ministros suos officium publicum est: Dei in illis imaginem quandam reuerenter agnoscere: illisq; (tanquam Deo per ipsos agenti) ultro ac hilariter obedire. præterq; si quid uelint, quod uerbo Dei repugnare constet. hic enim meminisse omnes regulæ Apostolicæ debemus: Oportet Deo magis quàm hominibus obedire. Acto. 5.

Ministrorum uero Ecclesiæ officia uaria sunt: quemadmodum ministeria ipsa. Sunt autem tria potissimum publica ministeria in Ecclesia CHRISTI. Verbi, Gladij, & Mensarum pro egenis. Et qui in hisce ministerijs uersantur, habent sua quædam propria officia, quæ ad alios non pertinent, quibus præstandis fidem & ipsi suam in Ecclesia (præter priuata illa officia quæ ad totam pertinet Ecclesiam) pro-

profiteri debẽt. ut testẽtur se uerè credere, quod IESVS uirginis matris filius, sit etiam sub CHRISTI titulo, summus ille atq; æternus ipsorum Rex: cuius legum atq; ordinationum ipsi ministri ac custodes essent.

Verbi igitur ministrorum professio in præstandis hisce officijs consistit.

1.Ti.1.2. 1 Vt purum Dei uerbum, publicè, fideliter, ac diligenter doceant.

1.Cor.11. 2 Vt institutas è Domino ceremonias, iuxta ipsius ordinationem, publicè in Ecclesia, pureq;, ac diligenter administrent. earumq; uiolatores (ex uerbo Dei) reprehendant.

3 Vt curam habeant Ecclesiæ, unà cum
2.Tim. 4 Presbiteris illius, in eius incremẽto atq; ædi-
1. Cor. 5. ficatione, per admonitiones, consolationes, reprehensiones, & usum Ecclesiasticæ disciplinæ, iuxta uerbum Dei.

4 Vt ora aduersariorum (uerbi Diuini auctoritate) obstruant, gregemq; suum à lupis
2.Tim. 3. ac noxijs bestijs depredari, dilaniari, & deuorari ne sinãt, sed Ecclesiam de illis præmo-
2.Tim. 1. neant: si ad uiam rectam iuxta Scripturas reuocari non queant.

1.Petri. 5 5 Vt præsint Ecclesiæ, in illius (quod ad Diuina attinet) gubernatione. non tamq; dominantes clero, sed ut gregis exemplaria: à

Spiritu

Spiritu uidelicet Sancto in hoc constituti.

Ad gladij uero ministros in Ecclesia (iuxta gradus illorum) pertinet hæc ipsorum peculiaris professio. Esai. 49. 2. Par. 19

1 Vt uerbi ministerium, & eius ministros legitimos, in Ecclesia prouehant, honorent, tueantur, & alant: lupos autẽ & falsos doctores in Ecclesia ne ferant.

2 Vt doctrinæ ac legis Diuinæ inobedientiam impietatemq; publicam (iuxta concreditum sibi gladij usum) puniant. Rom. 13.

3 Vt CHRISTI Domini institutiones in tota Ecclesia pure fideliter ac reuerenter obseruari curent. eosq; puniant qui illas, aut temere negligunt, aut adulterant, aut abolere conantur.

4 Vt suum cuiq; (iure publico) reddant: publicamq; honestatem in Ecclesia, tueantur, & alant: ad ædificationem. Esai. 56. Ierem. 6.

5 Vt publicam Ecclesiæ tranquillitatem, cum pietate coniunctam, tueantur & custodiant. 1. Tim. 2.

Diaconorum professio erit in sedula Eleemosynarum collectione, & fideli earundem dispensatione.

Quod igitur ad tertiam hanc ueræ Ecclesiæ notam attinet, hæc demum erit uera

Dei Ecclesia, in qua omnes & singuli usum rationis habentes, fidem illam Apostolicam eiusq; capita (pro se quisq;) ore, ceremoniarum obseruatione quæ à Christo sunt institutæ, & charitatis officijs pro sua uirili priuatim profitentur. in qua item publici ac legitimi, Verbi, Gladij, ac Mensarum ministri suo recte (ut dictum est) fungantur munere, & plebs Ecclesiæ uniuersa, publica atq; unanimi contestatione profitetur se in omnibus obedire uelle ex animo, quorum uel à uerbi ministris ex uerbo Dei: uel à Magistratu, ad retinendum, tuendumq; in Ecclesia decoru, ordinem, tranquillitatẽ, & ædificationem ipsius, Vel à Diaconis ad pauperum subleuationem admonetur.

Iam ut collatis in unum notis simul omnibus ueræ Catholicæ atq; Apostolicæ Christi Ecclesiæ, plenã illius diffinitionẽ statuamus:

Ecclesia CHRISTI, est cœtus eorũ hominum cum ipsorum semine, qui à primo parente nostro Ada usq; ad sæculi cõsummationem, uoce Dei per Angelos, Prophetas & Christũ eiusq; Apostolos delata, e reliqua hominũ (toto orbe) multitudine euocatus atq; euocandus, creatt & profitetur, siue priuatim siue publice, ore, ceremoniarũ (quæ sunt

à Christo

à Christo institutæ) obseruatione, atq; officiorũ præstatione ut cuiusq; uocatio requirit: Virginis illũ Mariæ filium, esse uere Iesum, hoc est, hominẽ ex homine (nẽpe matre uirgine) Spiritus S. opificio conceptũ & natũ: ut frater noster in carne nostra esse, atq; ita demũ etiam loco nostro pro peccatis nostris mori posset. Et esse præterea etiã in ea iam carnis nostræ societate pleni sufficientẽ seruatorẽ mũdi totius. Et proinde Deũ quoq;. nemo enim seruator, nisi ipsemet Deus. Deinde hunc ipsum Iesum, credit etiã ac profitetur esse uerũ Christum illũ: qui Angelicis & Propheticis uaticinijs ab ipso usq; mundi initio promittebatur. hoc est unicũ illum, summũq; & æternũ Regẽ, Prophetã ac sacerdotẽ mundi totius: qui aduentus sui luce typos legis carnalis oẽs dissipulerit, prorsusq; abolenerit. Postremo q eundẽ ipsum Iesum Christũ credit ac profitetur esse uerũ naturalem atq; unigenitũ Dei Patris Filium: ex Deo ipso Patre in eadẽ Diuinitatis suæ existentia genitũ, quemadmodũ homo ex homine cõcipi & nasci uoluit, nẽpe ex matre uirgine ut homo fieret: & totius mundi peccatum expiaret, laudandum una cum Patre et Spiritu S. uerum & unum Deum in ſecula. Amen.

Huius igitur Doctrinæ ac fidei & eorũ, quæ ad illam pertinent: Eius item Ecclesiæ, quæ eam recipit, profitetur, ac sequitur: ministros nos esse agnoscimus. Hanc colligimus. Et nos cum illa, à sectis omnibus, imprimis uero ab Antichristiana Papæ Romani Idololatria separamus. Porro eius ipsius doctrinæ hoc compendium edere ita initio uoluimus: ut omnes qui sese nostræ isti Ecclesiæ uolent adiungere, certi sint, se per nos, non sane humanæ ullius doctrinæ, sed Dei ipsius uoce per Angelos, Prophetas, & Apostolos nobis proditæ, ad ueram Dei & Christi cognitionem, et uitam proinde quoq; æternam colligi atq; euocari.

Breui autem addemus, quæ ad obseruandas CHRISTI Domini in sua Ecclesia institutiones seu ceremonias: quæq; ad præstanda per ministros erga plebem: Et plebis uicissim erga ministros officia: atq; eorum per disciplinã, custodiam, uidentur pertinere.

Forma

FORMA PRECVM PVBLIcarum, quæ pro concionibus in Ecclesijs Peregrinorum habentur.

MInister ante omnia, his aut similibus uerbis, ad precandum hortatur Ecclesiam.

Christiani fratres, quandoquidem hic collecti sumus, ut Dei uerbum ad salutẽ animarum nostrarum discamus, ante omnia Diuinam gratiam (sine qua nihil possumus) imploremus, ut & ego nihil adferam præter puram Diuini uerbi Doctrinam, uosq; illam magno uestræ salutis commodo audiatis.

Oratio ante Concionem.

PAter cœlestis, cuius lex integra est, conuertens animas, testimonium ue- Psal. 19.
rum, imperitis sapientiã suppeditans, & illuminans oculos: suppliciter te rogamus, ut tua infinita misericordia digneris cæcas mentes nostras tuo Sancto spiritu illustrare, quo legem tuam recte intelligamus, cognitamq; factis diligenter exprimamus. Cumq; ita tibi uisum sit pater, ut parMatt. 11
uulis duntaxat uoluntatis tuæ mysteria reueles: ac respicias ad eum tantum qui est humili ac fracto spiritu, quiq; ad uerbum tuum Isa. 66
reuerentia quadam contremiscit: da nobis

Rom. 8. humilem ſpiritum, omnemq; ſapientiam carnis, quæ tibi inimica eſt, adimere digneris: et à ueritatis tramite aberrantes in rectã uiã reuoca, ut omnes te colamus in ſanctitate et iuſtitia omnibus diebus uitæ noſtræ. Hæc
Matt. 6. abs te petimus Pater indulgentiſſime, ea petitione quam nobis tradidit Filius tuus, Dominus ac Seruator noſter IESVS Chriſtus, ad hunc modum:

PAter noſter qui es in cœlis,
Sanctificetur Nomen tuum.
Adueniat Regnum tuum.
Fiat uoluntas tua ſicut in cœlo & in terra:
Panem noſtrum quotidianũ da nobis hodie,
Et remitte nobis debita noſtra, ſicut & nos remittimus debitoribus noſtris.
Et ne nos inducas in tentationem,
Sed libera nos à malo, quia tuum eſt regnũ, & potentia, & gloria, in ſæcula ſæculorum, Amen.

Deinde Pſalmus aliquis à toto cœtu grauiter lingua uulgari canitur. Quo abſoluto, pergit Eccleſiaſtes ab eo ſcripturæ loco, ubi poſtremò ſubſtitit.

Oratio poſt concionem.

CLementiſſime Pater, quoniam Filius tuus Ieſus Chriſtus docuit beatos eſſe qui

qui non tantum audiunt uerbum tuum, sed custodiunt illud: custodire autem illud, non etiam possumus, nisi cordibus nostris tuo Spiritus inscribatur: te ex animo rogamus, ut a nobis Satanam arceas: ne uerbum auditum nobis eripiat: Lapideum autem nostrum cor auferas, ne pullulascens eius fructus exarescat: curas etiã ac solicitudines seculi huius suffocantes uerbum tuum, animis nostris eximas: facias autem nos terram bonam, ut in ea seminatum uerbum tuum multiplicem fructum ad nominis tui gloriam proferat, per eundem Iesum Christum Filium tuum, Dominum nostrum: Amen.

Quæ iam sequuntur, excepta communi pro necessitatibus Ecclesiæ oratione: tantum diebus Dominicis in concione antemeridiana recitantur.

Decalogus ex 20. cap. Exodi.

Ad quem audiendum excitatur populus his uerbis.

AVDITE LEGEM DOMINI.

EGO Dominus Deus tuus, qui eduxi te ex terra Ægypti, de domo seruitutis. Non habebis Deos alienos coram me. etc.

Publica deinde fit peccatorum confessio, præeunte Ministro uerbi.

VIdimus in Diuina hac lege, uelut in speculo, quantopere ac quam uariis modis Deum nostris delictis offenderimus: horum itaq; ueniam toto pectore supplices ab eo unanimiter postulemus, hoc modo:

Deus æterne, ac pater noster clementissime, prosternimus nos ante Diuinam tuam Maiestatem supplices, contra quam nos grauissime peccasse, aperte ac sine hypocrisi fatemur, adeo ut non digni simus uocari filij tui. nam præterquam quod in peccatis nati, conceptiq;, ad omne bonum inepti, ad malũ procliues sumus, etiã multis modis tua præcepta uiolauimus, te pro tua dignitate non uenerantes, & proximos nostros, ut iubemur à te, nõ diligentes: quapropter pro exacto iustitiæ tuæ rigore, fatemur nos reos æternæ damnationis: & actũ de nobis esse, nisi iustitiam ipsam misericordia tua inexhausta longè superaret, qua pœnitentibus omnibus, etiam cum adhuc procul sunt, clemens ac propitius soles occurrere: idq; non propter nostram ullam dignitatem, sed propter filium tuum dilectum Iesum Christum.

Luc. 15

Psal. 50. Gen. 6. 8

Luce. 15.

ſtum. Cuius meritis flexus, non amplius me-
miniſſe uelis peccatorum noſtrorum. ſed ijs
condonatis, nos in gratiam recipito per ue-
ram animi pœnitentiam ad te conuerſos. Si- Ezec. 18.
quidem is es ut nolis mortem peccatoris, ſed
ut conuertatur, ac uiuat. Noſq; ad hunc mo
dum in gratiam tuam acceptos, Spiritu tuo Pſalm. 50
ſancto, ne deinceps te offendamus, clemen- Ezech. 11
ter donare: & nouum ac carneum cor in no- Ierem. 31.
bis, ablato lapideo, creare digneris. cui legẽ
tuam inſcribas, quam poſtea per omnem ui-
tam noſtram factis exprimamus, tanquam Ephe. 5
filij lucis in nouitate uitæ ambulantes. ad
tuam filijq; tui gloriam, & Eccleſiæ eius
ædificationem, per eundem Ieſum Chriſtum
Filium tuum: Amen.

Abſolutionis forma.

Hanc breuiter ac dilucide proponet mi-
niſter, hiſce aut ſimilibus uerbis:

POſteaq̃ Deo æterno ita uiſum eſt, ut Ezec. 18.
uerè pœnitentibus, ſuaq; peccata con
fitentibus ignoſcat: obſtinatè autẽ im
pijs, ſuaq; peccata tegentibus, aut excuſan-
tibus, nolit condonare: Ex animo peccata no
ſtra agnoſcere debemus.

Quotquot ergo ueſtrum tales ſunt, ut
illos ſuorum delictorũ pudeat pœniteatq;,

ac deinde firmiter credunt ea sibi soliũ Christi meritis omnia plene condonari, statuuntq; deinceps mortificare membra sua terrestria, ac cœlestia sectari: iijs, qa credũt in Filiũ Dei uiui: ex uerbo Dei denũcio peccata in cœlis esse remissa, p nomen Domini nostri Iesu Christi benedicti in sæcula, Amẽ.

Matt. 18.
Ioan. 20.

Quotquot uero suis adhuc peccatis oblectantur, & ea fateri corrigereq; nolũt? aut si agnoscunt quidem illa, aliud tamen salutis remediũ quærunt, quàm unicũ meritũ beneficij Christi Domini: Iis omnibus (propterea quod tenebras magis diligunt quàm lucẽ, nec credunt in nomen unigeniti Filij Dei) ex uerbo Dei denuncio, peccata illorum oia esse ligata in cœlis: nec dissoluenda prius, quàm resipiscant.

Ioan. 3

A quorũ numero, ut nos alienos esse contestemur, summam nostræ fidei, publicè & ex animo profitebimur in hunc modum.

CRedo in Deum Patrem omnipotẽtem creatorem cœli & terræ.

Et in Iesum Christum filium eius unicum Dominum nostrum.

Qui conceptus est de Spiritu sancto, Natus ex Maria Virgine.

Passus sub Pontio Pilato, Crucifixus, Mortuus, & sepultus.

Descens

Descendit ad inferna, Tertia die resurrexit à mortuis.
Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Dei Patris omnipotentis.
Inde uenturus est ad iudicandum uiuos & (mortuos.
Credo in Spiritum sanctum,
Sanctam Ecclesiam Catholicam,
Sanctorum communionem,
Remissionem peccatorum,
Carnis resurrectionem,
Et uitam æternam, Amen.

His absolutis, sequitur Oratio pro omnibus Ecclesiæ necessitatibus.

OMnipotens, Cœlestis, ac Misericors Pater, posteaquam pro infinita tua misericordia, nos è tenebris ignorantiæ ac idolatriæ Romanæ liberare dignatus es, reuelato nobis inter cæteros Euangelij Filij tui mysterio (quo nomine immẽsas tibi habemus gratias) Rogamus te supplices, ut nos gratia Spiritus tui corroborare digneris, quo fidem Christianam ad finem usque constanter retineamus, uitæq; pietate illam exprimamus.
Præterea, ut Clementiss. Principem & Regem nostrum Edvuardum Sextũ, tuo potẽti

brachio

brachio, quo hactenus illum à ſuis ac tuis hoſtibus tutatus es, defendere perpetuo, tuoq; Spiritu illius mentem ſic illuſtrare digneris: ut tua in illo gratia cum ætate adaucta, regat populum ſuum, ſub Rege Regum Chriſto: iuxta uerbum tuum, ut placidam quie-
1. Timo. 2 tamq; uitam cum omni pietate & honeſtate, ad incremẽtum Regni Filij tui, deganus.

Deinde, ipſam etiam Domini Regis noſtri familiam, & reliquos Regni huius proceres ac Magiſtratus, In primis uerò prudentiſsimum Senatum Regium, Spiritu conſilij gubernato, ac in uera Filij tui Doctrina, & animorum mutua in Domino concordia, conſeruato.

Populum item Regni huius uniuerſum dona tuo Spiritu, ut uoces tuorum Prophetarum libenter amplectatur: & in obedientia ſuis Magiſtratibus debita, ad Regni huius incolumitatem, Eccleſiæq; tuæ ædificationem perſiſtat.

Ad hæc, ut reliquos extra hoc Regnũ Principes, Ciuitates, ac Magiſtratus, qui uerbum tuum diligunt ac profitentur, defendas contra omnes hoſtes, ut quietè ſubditos ſuos in uera Verbi tui cognitione gubernent.

Roganus

Roganus te etiam clementissime Pater, pro conseruatione Ecclesiarũ, tam Regni huius quàm aliarum omnium toto orbe dispersarum, in quibus uera Filij tui Doctrina ab Antichristi Romani blasphemijs repurgata, prædicatur: arceto ab eis falsos pastores ac Mercenarios, qui dilectam uineam tuam depascuntur & conculcant: ac extrudito in illam sedulos operarios, fidelesq; tuorum mysteriorum dispensatores, qui nõ priuatam, sed tuam unice quærant gloriam. Esa. 3. Iere. 12 Mat. 9.

In primis autem fauore tuo prosequere, & conserua hanc tuam Ecclesiam, infinita misericordia & potentia tua iam recẽs plantatam (pro quo beneficio gratias tibi maximas habemus) ut quotidie in omni pietate proficiat, ad nominis tui gloriam, & omnium hominum ædificationem.

Ecclesias etiam tuas toto orbe per Antichristum diuexatas: potissimũ uero N. & N. defendere digneris ab illius tyrannide.

Precamur etiam pro omnibus Ecclesiis, Regibus, Principibus et Magistratibus, qui uocẽ Filij tui Iesu Christi (Romanis idololatrijs excæcati) assequi nondum potuerunt, & per ignorantiam adhuc persequuntur: ut eos cum alijs quoquomodo seductis & ignos-

ignorantibus, ad lucem rectamq; semitã dee
Ioan. 10. ducas: quo omnes in uno ouili sub uno ani-
1. Petr. 2. marum nostrarum pastore Iesu Christo ad
nominis tui gloriam esse possimus.

Postremo roganus te, optime Pater, ut soleris tuo Spiritu oẽs fratres nostros, ob confessionem nominis tui per Antichristum afflictos: Eosq; uirtute ex alto tua in fide
Luc. 24. corroborato, ut intrepide tuum, Filiiq; tui nomen constanter corã hominibus perpetuo confiteantur: Morbis etiã, paupertate, exilio, aliisue animi aut corporis calamitatibus, iusto tuo iudicio exercitos, recreare digneris, simulq; docere, ut ex castigationibus suis intelligant, se uere diligi abs te, sicq; tandem ad te conuertantur, Hæc omnia nos certissimo impetraturos cõfidimus, propter paternã tuam erga nos filios tuos bonitatem, quam inuocamus, oratione à filio tuo Domino nostro nobis præscripta, per eum ipsum ad hunc modum deprecantes,

Pater noster, &c.

Precatione hac absoluta, magna cum grauitate canitur uulgari lingua à toto cœtu, Psalmus aliquis. Deinde his uerbis dimittitur Ecclesia.

Memores estote Egenorũ: precemur alter pro

pro altero. Deus uestri misereatur, & benedicat uobis, illustret inter uos lumen multus sui, Amen. Psal. 66.

Ite in pace.

Postremo, quia nemo debet in conspectum Dei uenire uacuus, & peculiare Dei ac Christi mandatum extet de pauperũ cura ac sustentatione: per Diaconos Ecclesiæ ad ualuas templi Eleemosynæ diligenter in singulis congressibus colliguntur. Exod. 23. & 24. Ioan. 12.

Τέλος.

Errata quædã inter festinandũ obrepserũt: quorũ hic uisum est admonere. fo. 4. facie. 1. uersu. 20. deest uerbũ, inire, sic Christianũ consilium inire potuit. fo. 6. fac. 1. uersu ultimo. debeat, pro debẽt. Fo. 10. fac: 1. uer. 18. Christi. pro Dei. Ibidẽ uer. 25. euocatã, pro euocatos. Fo. 11. fa. 1. uer. 24. Sanè. pro ita. Fo. 13. fa. 2. uer. 14. deest Christi. sacerdotiũ Christi sibi arrogare. Fo. 16. fa. 2. uer. 19 deest. uerus ille. nõ iam uerus ille Pontifex. Fo. 17. fa. 2. uer. 24. uiuentis pro uiuentes. Fo. 18. fa. 1. uer. 6. deest: Deus. cognoscẽdus Deus. Ibidẽ uer. 26. reuelet pro reuelat. Fo. 27. fa. 1. uer. 24. tuæ mysteriæ. Fo. 28. fa. uer. 2. deest etiã custodire illud etiam.

BRITISH
17 DE 1903